



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

Concilivm Alexandrinvm In Cavsa Nestorii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

CÆLESTINVS C. ALEXAND. THEODOSIVS³ VALENTIN. IMP. 675
P. I.

EPISTOLA I. NESTORII
AD CÆLESTINVM.

F RATERNAS nobis inuicem debemus collocutiones, vt
vna * inter nos secundum obtinente concordia , &c.
infra Concil. Ephes. part. i. cap. 16. pag. 345.

EPISTOLA II. NESTORII
AD CÆLESTINVM.

S ÆPE scripsi beatitudini tuæ propter Julianum, Oron-
tium & ceteros. *Extat infra in Concil. Ephes. part. i. cap. 17.*
Pag. 347.

EPISTOLA CÆLESTINI
AD NESTORIVM.

Extat infra in actis Concilii Ephes. part. i. cap. 18. pag. 349.

EPISTOLA CÆLESTINI
AD CYRILLVM.

Ibidem cap. 15. extat pag. 340.

ANNO ^a CONCILIVM ALEXANDRINVM
CHRISTI 430.
IN CAVSA NESTORII.

N O T A.

* *Concilium Alexandrinum.]* Cyrillus acceptis Cælestini literis, qui-
bus delegatam in causa Nestorii potestatem acceperat, statim coe-
git Synodum, in qua quatuor legati decernuntur hi : Theopentus &
Daniel episcopi : Potamon atque Macarius ecclesiae Alexandrinæ
ministri. Hos cum literis Romani pontificis ad Nestorium ablega-
uit, præscripturos ei decem dierum spatium ad hæresin suam abi-
randam. Addidit quasdam epistolas synodales , quarum vna cum
duodecim anathematismis, ad Nestorium delata est : reliquæ ad cle-
rulum Constantinopolitanum, & patres monasteriorum scriptæ fue-
runt. Legati Constantinopolim profecti, die Dominica, dum syna-
xis in basilica haberetur , acceptas literas & anathematismos Nesto-
rio obtulerunt : quibus ille cum se in castinum responsurum pollici-
tus esset, toto biduo delusus: tandem nec respondere quidquam di-
gnatus est. In peruersis dogmatibus docendis perseuerans, pro more
hæreticorum ad declinandum iudicium ecclesiasticum, & ad eluden-

A&a huic
Concili.

676 CÆLESTINVS C. ALEXAND. THEODOSIVS² VALENTIN. IMP.

dam sententiam in se prolatam, Theodosium imperatorem aduersus Cyrilum velut dirum persecutorem commouet, anathematissimos Cyrilli ad Ioannem Antiochenum aliosque sibi amicitia coniunctos episcopos Syriae missos cauillatur, & de Apollinaristarum hæresi suspectos in crimen adducit; eo sane consilio, ut sententia contra se latæ executionem effugeret, & Romani pontificis decretum eluderet. Arbitrabatur enim nequaquam fieri debere, ut sententia contra hæreticum prolata, illi exequenda committeretur, qui ipse de hæresi accusatus esset. Theodosius imperator hanc ob causam arbitratus, quod ad has turbas componendas opus esset vniuersali Concilio, de illo in annum sequentem Ephesi celebrando apud Cælestinum pontificem egit, ut infra dicemus. Vide Baron. anno 430. num. 50. & sequentibus.

Synodicæ epistolæ huius Concilii cum anathematismis Cyrilli extant in actis Ephesini Concilii cap. 14. & 15.

